



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Pvnct. XXXVIII. Quo pacto creditores census omnibus aliis creditoribus
præferendi sit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

tionem imbibit. Nam lex libera loquitur quando res pro alia datur in solutum, nam cum ibi incrementum non emptio, sed permutatio, ut inquit Bart. in d. leg. eleganter, n. 4. mutuum non est quod euicta re permutata possit permutans propriam vendicare. Secus est cum pro redditibus & sorte debita bona adiudicantur.

6 Ab hac tamen Doctrina merito excipiunt Bart. in d. leg. eleganter, num. 4. & Paul. Castrensis, ibi num. 8. Fulgosius, num. 6. & alij plures quos refert, & sequitur Felicianus. creditorem qui in ea additione protestaretur quod re euicta habeat integram, & illam primitiuam acti onem. Nam ex hac protestatione poterit sicuti antea agere aduersus debitorem, corcos, & fideiussores.

7 Deinde dubitabis, si tertius possessor creditor dimitit prædium subiectum censui, quia noluit census solutioni se obligare, possit postmodum penitens recuperare prædium dimissum recognoscendo censum, & offerendo redditus decursos? In qua dubitatione distinguendum est, si prædium accepit creditor ex sola debitoris dimissione, eo quod noluerit census solutioni se obligare, poterit optime penitere, quia eo casu consequitur creditor prædium, ut pignus census, non ut illius pretium. Ut colligitur ex leg. si fundus, §. creditor, & §. in vendicatione, ff. de pignoris. & tradit relato Bart. Angelo, Fulgosio, & alijs Felicianus. lib. 3. cap. 4. num. 20. in 2. p. At si prædium non ex dimissione debitoris, & ex manu illius, sed ex sententia ob decursas pensiones, & sortem debitam creditori adiudicatur, nequaquam poterit tertius possessor recuperationem intentare, quia eo casu datum est in solutum, & consequenter creditori domino additum. Ut aduertit Felicianus. supra. & Velalquez de Auendaño tract. de censib. c. 108. in fine.

PUNCTVM XXXVIII.

Quo pacto creditores census omnibus creditoribus præferendi sint?

- 1 Creditores census reservati omnibus alijs præferuntur.
- 2 Quod intelligendum est, nisi alij creditores vellemus possidere rem censui suppositam sub obligatione pensionem reddendi.
- 3 Creditores census consignatiui posterioribus hypothecarijs præferuntur.
- 4 Anterioribus non videtur nisi in aliquibus casibus.
- 5 Quid de prelatione duplicis censuarij, quibus annuum redditum cedere?

1 Creditores census reservati omnibus alijs creditoribus tam posterioribus quam prioribus quocumque modo privilegij præferendos esse merito ex communi docuit Benedict. Bonus tract. de censib. art. 67. volum. 1. d. ver. 2. p. num. 87. & 88. Felicianus. de censib. lib. 3. c. 5. num. 22. & 2. p. ibi num. 3. Auendaño d. l. 1. n. 7. Nam cum res quæ in censum reservatum conceditur ea conditione concedatur, ut iade pensio uniformiter solvatur, contra naturam huius constitutionis erit si alijs creditoribus applicetur alique onere pensionis solvenda. Vnde applicatione facta solvitur concessio conditione deficiente, & res concedenti revertitur. Non igitur in censu reservatio concursus creditorum stare potest.

2 Si autem alij creditores siue anteriores, siue posteriores vellemus possidere rem censui reservatam sub obligatione solvendi eandem pensionem domino census nullum titulum creditor census habet impediendi translationem, siquidem plena ei redditur satisfactio, maxime cum in constitutione illius census cautum non fuerit sub illo onere alienari. Ut bene aduertit Auendaño d. censib. d. cap. 1. c. 1. num. 10.

3 Quod si creditores census consignatiui cum alijs creditoribus hypothecarijs comparemus. Regula generalis servanda est præferendos esse alijs creditoribus posterioribus. Ut bene Felicianus. d. lib. 3. c. 3. per totum. Auendaño d. c. 1. n. 11. extenditque Doctrinam, ut verum habeat non solum in sorte, sed etiam in redditibus decursis, & decurrendis, ex l. Lucius ff. Qui potiores in pignore habeantur. Nam pro omnibus illis hypotheca censualis assumpta est.

4 Quoad creditores anteriores hypothecarios rectè censent præfati Doctores nullam prælationem continere, quia nulli reperitur hypothecam censualem præferendam alijs anterioribus hypothecis. Excipit tamen Velalquez de Auendaño census, in quibus admittitur pena commisi. Nam eo ipso res creditori census ipso iure adiudicatur, ex quo creditorum concursus cessare videtur. Secundo excipit creditores census habentes instrumentum de actuali pecuniæ numeratione, quos reputat præferendos esse iis creditoribus censualibus qui instrumenta pecuniæ confessata continent. argum. leg. Titius, ff. qui res pignori obligari possunt. leg. diversi verbo data iuncta Gloss. ibi ff. qui potiores in pignore. Tertio

excipit creditorem census in cuius creatione adiectum est coartivum, & precarium. Nam cum ratione huius constituti obtineat rerum censualem possessionem, mutuum non est habentibus præferatur.

Proponit Felicianus. 2. p. de censib. lib. 3. cap. 5. num. 5. qualiter duo censuarij, quibus annuum redditum in sui fauorem constitutum cedere concurrebant in hypotheca censuali. Et quidem si idem annuus redditus utriusque datus fuerit ille qui prior iure tempore potior est iure. Non enim duobus in solidum eadem actio cedi potest, prout docet Bart. in l. non quocumque, §. qui Carium ff. de leg. 1. l. & aduertit Felicianus. supra. At si partem tui redditus vni censuario concessisses, & alteri aliam, utriusque censuarij æque in hypotheca censuali concurrunt, tamen vni censuarij prior tempore fuerit, quia ipse non fuit creditor hypothecarij, sed pensionales cedentem æqualiter representantes. argum. leg. 1. debitor, leg. si fundus §. si duo ff. de pignoris. & tradit Felicianus. d. cap. 5. n. 1.

Secus est inquit Felicianus. n. 2. si rem censui suppositam vni prius quam alteri hypothecatas. Nam licet res ipsa integro censui hypothecata sit: denovo in fauorem censuarij prior illius parte hypothecarij potest, ob quam novam hypothecam præferretur censuarij prior. Deinde præferretur censuarij prior, si non ius redditus, sed redditus ipsi priorum annuorum illi fuerint restiti, & alteri censuario redditus sequentium annuorum ex leg. in solutum. ff. qui potiores in pignore habeantur.

PUNCTVM XXXIX.

An hypotheca ex facultate regia constituta pro sorte censuatur constituta pro redditibus illius sortis?

- 1 Proponitur casus.
- 2 Negatiuam partem tenent plures.
- 3 Pars affirmatiua eligitur.
- 4 Satisfit contrarijs.

Contingit sæpe possessorem primogenij, vel feudi protem ductum hypothecare bona primogenij, vel feudi ex facultate regia pro dote uxori soluenda. At quia post matrimonium dissolutum dote non restituitur redditus, & interesse dotis non soluta currunt. Dabiam ergo est non leue, an bona illa non solum pro dote solutione, sed etiam pro redditibus, & interesse decursis hypothecata censuatur.

Negat Affl. d. 15. in cap. imperialem de prohibita feudi alienatione. per Federicum 12. notat. q. 8. Martin. Frexia tract. de subfeudis lib. 2. q. 1. o. n. 6. & seg. Ioann. Cancencius in extrinsecis, volentes fol. 70. Ductum, quia hæc obligatio primogenij vel feudi pro dote soluenda est quædam legis, & iuris dispensatio. Ergo extendi non debet ad interesse dotis, ex l. ubi §. Lucius Titius ff. de condit. indubit. ubi facta restitutione super principale non trahitur ad interesse, vel vltimas. Tum quia dispensatio stricti iuris est. Et licet beneficium principis latam admittat interpretationem, id intelligendum est quatenus concedenti obesse potest. Secus verò quatenus in aliquo præiudicium eddit. At si hæc obligatio primogenij extenditur ad dotis vltimas, cedit ea extensio in præiudicium successorum primogenij. Ergo admittenda non est.

Nihilominus prædictam licentiam extendi ad redditum, & interesse dotis docuerunt ut probabilius Camerarius in imperiali conel. 8. de prohibita feudi alienatione. Maria. Frexia ibi contrarius d. 1. de subfeudis lib. 2. q. 2. o. n. 1. Petrus Sardus tract. de alimentis tit. 9. q. 1. n. 36. Franciscus de Ponte corf. 84. ex n. 19. conf. 77. n. 7. Felicianus. 2. p. de censib. lib. 3. c. 4. n. 16. Ratio ea est quia ex obligatione soluendi dorem nascitur ipso iure dissolutio matrimonio obligatio soluendi interesse interitum ad dos non soluitur. Ergo Rex concedens facultatè hypothecandi bona primogenij pro dote necessaria censetur concedere facultatè hypothecandi ea bona pro interesse dotis non solute. Tum quia hæc secunda obligatio priori annectitur. Tum quia facultatis concessio interpretari debet iuxta ipsam rerum naturam, & iuris dispositionem. At natura obligationis dotalis exigit iure sic disponente obligationem ad interesse. Ergo facultas hypothecandi bona pro dote dotis non solute interesse comprehendit.

Fundamentum verò contrariæ sententiæ non vixit. Fator namque hæc facultatem regiam esse strictè interpretandam, quia est dispensatio & in præiudicium tertij, ac proinde non extendenda. Nego tamen extendi ex eo quod interesse dotis non solute comprehendat, quia hoc interesse ita obligationi dotis annectitur, ut supposita iuris dispositione nequit obligatio dotis subsistere, quin hæc obligatio inter esse imbibat. ideoque censeri non debet prædicta facultas ad eam obligationem extendi, sed potius illam comprehendere.